



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Colmannvs Mart. 13. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ea cum Christianis stetit. Diceres suum etiam Pannoniæ Decium obtigisse. *Ex Bruschio.*

Quid prodest quemlibet hodie auro, gemmis & purpurâ contegi, si cras contingat eum nudum & eum ad inferni supplicia pertrahit? Quid juvat, si quis hodie terram faciat sub pedibus suis tremere, & cras medicus & pauper de hoc mundo compellatur vivere? S.P. Dam. l. 7. ep. 15.

S. COLMANNVS MART. 13. Octobris.

COLMANNVM Regii sanguinis juvenem & juventæ ævo suo facile principem genuit & educavit Scotia, hospitem Bojaria vidit & Austria, Habuit tamen hæc hostiliter potius quàm hospitaliter. Etenim quoddam genus & virtutem, sub peregrino dissimulasset, justisque valere & patriam & opibus patriæ, sacram Hierosolymæ urbem in votis haberet, diu jam dæmoni malo ægrè faciebat. Hic igitur contra ægrè COLMANNO facturum id machinatur, ut innocentia sub proditoris nomine accusetur. Capitur, carceri datur, torquetur, uritur, laceratur, damnatur, & ex aridâ arbore ipse flos juventutis suspenditur. Hic demùm pro innocente crebra miracula perorant. Et integritatem animi sesquiannum sub dio pendens integrum corpusculum loquitur. Meruisse canos crescentes capilli & ungues testantur; clamat sanguis è vulnere numquam non recens. Ipsa, quam emortuam diximus, arbor in frondes suas reviviscens non debuisse mori COLMANNVM ait. Tot testibus tandem convicta Austria vertit sententiam, absolvit COLMANNVM, & se damnavit. Sed & hic tor honoribus post, quor supplicius antè mactatus

Au.

Austriam jam absolvit. Ex Ditzmaro, Stabio, & VV. Lazio.

Quid prodest, si homines laudent, & conscientia accusent? aut quae debet esse tristitia, si omnes accusent, & sola conscientia nos liberos demonstrat? si nobis est testis in caelo, testis in corde, dimitte stultus foris loqui quod volunt. S. Greg. 1.8. Registr. c. 41.

S. FORTVNATVS EP. 14. Offi.

FAcilè orco imperat, quisquis peccato non sevit. Inter testes longè plurimos etiam FORTVNATVM numero Tudertinum Episcopum, qui totas legiones dæmonum ex hominibus non semel unus fugavit. Sed nocuit pænè fugiendo occidit satellites. Nempe pulsus sub noctem urbem obambulat hominis vultum mentitus, rem indignam clamat factam ab Episcopo FORTVNATO; peregrinum se hospitio ab eo ejectum, cuius munus esset etiam invitare verecundantem, quam nunc virtutem habitare sub tecto Pontificis cives crederent, unde hospitalitas exularet? Audit hæc nescio quis, & non tam misericordiâ motus quam invidiâ, quam facere FORTVNATO volebat, domo excipit, cæli scilicet exulem. Sed malus hospes non minis malam symbolam reliquit, abeunteque hospitis filio in ignes coniecto animam elisit. Tum denique infidam hospitalitatis tesseram pater damnavit. Sed quàm cordi FORTVNATO juvenis fuerit, vidi. Gothus prædam agebat novilem, adolescentes geminos, Pontifex cum precibus hos nec pretio redimere posset, malum vaticinatus est militi, quod illi equus dedit, cum lapsus coxam sessoris fregit. Hoc malo multatus Gothus ultrò jam FORTVNATO pueros remisit, sed